



Specimen historico-juridicum inaugurale quo inquiritur quaenam sint principia, quibus leges venatoriae olim fundatae sint, hodieque innitantur

<https://hdl.handle.net/1874/338557>

regis etiam non impedita est quod habeat
 Regulus agit etiam si non sit
 regis frater, nec amicorum sed frater est dicitur
 Regulus ut pater eius quoniam nullus
 pater Regulus qui si non frater
 regis Regulus dicitur quod amicorum fratres
 pater Regulus qui si non frater
 fratrum suorum est quod modicum nullus

regulus sicut et regis et nullus
 Regulus sicut et regis et nullus


INQUISITIO

Regis etiam non frater nullus
 Regis etiam non frater nullus

Regis etiam non frater nullus

Regis etiam non frater nullus

PRINCPIA, QIBUS LEGES VENATORIAE OLIM FUNDATAE SINT, HODIEQUE INNITANTUR.



L.

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM INAUGURALE

QUO INQUIRITUR

QUAENAM SINT PRINCIPIA,
QUIBUS LEGES VENATORIAE OLIM FUNDATAE SINT
HODIEQUE INNITANTUR,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. ET LIT. HUM. DOCT.

NEO NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS LYDIAS VAN REEDE,
Rheno-Trajectinus.

A. D. II M. DECEMBRIS, A. MDCCXLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM

APUD J. A. VAN WOESTENBERG.

MDCCXLVI.


MATRI CARISSIMAE,
PATRISQUE OPTIMI PIIS MANIBUS

NEC NON

VIRO AMPLISSIMO

GUILIELMO TOBIAS,
SOCERO FUTURO

SACRUM.



La chasse est un des plus anciens exercices. On peut en rapporter l'origine au besoin de garantir les troupeaux des loups et d'empêcher les animaux sauvages de ravager les moissons; on trouva dans la chair de quelques-uns, des alimens sains; dans les peaux de presque tous, une ressource très-prompte pour les vêtemens: on fut intéressé, de plus d'une manière, à la destruction des bêtes malfaisantes: on n'examina guère quel droit on avait sur les autres, et on les tua toutes indistinctement, excepté celles dont on espéra de grands services en les conservant.

L'homme devint donc un animal très-redoutable pour tous les autres animaux. Les espèces se dévorèrent les unes et les autres, et l'homme les dévora toutes. Il étudia leur manière de vivre pour les surprendre plus facilement; il varia ses embûches, selon la variété de leur caractère et de leurs allures; il instruisit le chien; il monta sur le cheval; il s'arma du dard; il aiguisa la flèche; et bientôt il fit tomber sous ses coups le lion, le tigre, l'ours, le léopard: il perça de sa main, depuis l'animal terrible qui rugit dans les forêts, jusqu'à celui qui fait retentir les airs de ses chants innocens; et l'art de les détruire fut un art très-étendu, très-exercé, très-utile, et par conséquent, fort honoré.

MERLIN.

the most important, and the best known, of the various species of *Thlaspi* is *T. arvense*, which is a common weed throughout Europe, and is also found in America. It is a small annual plant, with a slender, upright stem, which bears several pairs of opposite leaves, and a terminal cluster of small flowers. The flowers are white, or pale yellow, and are produced in short spikes. The leaves are narrow, lanceolate, and pointed, and are covered with fine hairs. The plant is very common, and is often found growing in fields, pastures, and along roadsides. Another species of *Thlaspi* is *T. glaucum*, which is a small annual plant, with a slender, upright stem, and opposite leaves, which are broader than those of *T. arvense*, and have a bluish-green color. The flowers are white, and are produced in short spikes. This plant is also very common, and is often found growing in fields, pastures, and along roadsides. A third species of *Thlaspi* is *T. rotundifolium*, which is a small annual plant, with a slender, upright stem, and opposite leaves, which are roundish, and have a bluish-green color. The flowers are white, and are produced in short spikes. This plant is also very common, and is often found growing in fields, pastures, and along roadsides.

Le droit de chasse est nécessaire au propriétaire pour préserver ses fruits des ravages qu'y peuvent causer les animaux sauvages; c'est un droit de propriété, dont il ne peut être privé sans injustice.

(TOULLIER.)

Secundum disciplinam juris naturalis homini sunt jura connata, ad quae nulla actione prævia opus est, sed quae simul ac mundum intrat possidet. Ad ea pertinet jus rebus, quae extra eum atque nullius sunt, utendi easque sibi servandi. Attributione enim oritur jus retinendi res, quas sibi quis assumvit, exclusis reliquis omnibus, atque fruendi iis pro lubitu. Illud dicitur *jus dominii comparandi*, hoc *jus dominii comparatum*. Illud igitur est *jus connatum*, alterum *jus dominii ipsum*, *jus comparatum vel acquisitum* 1).

1) HUBER, Hedenhaagsche regtsgeleerdheid Lib. 2. cap. IV.

Jure naturali homo imprimis hoc jus dominii acquirit occupatis talibus rebus, quae nondum alias possideat, veluti: feris, avibus et piscibus, secundum regulam: *Res nullius cedit primo occupanti.* Singulis igitur hominibus est jus capiendi eas, quod dicitur *venatio* et species *occupationis* habendum est.

Quamvis non facile fieri possit ut in societate civili, qualis nostra est, haec jura naturae et dominii semper cum institutis civilibus et socialibus concilientur, legislator tamen ea perpetuo ob oculos habere eorumque sanctitatem tueri debet. Itaque, si hoc jus dominii arctioribus limitibus circumscribendum vel tollendum est (quod nonnisi *in utilitatem publicam* fieri debet), hoc nonnisi damno rite compensato fieri potest.

Jam videamus, quomodo apud Romanos res se habuerit, et quatenus apud illos juris naturalis principia invaluerint.

§ 1.

Ex jure Romano unusquisque habebat jus venandi capiendique feras, nullis exceptis. Dominium tamen ferarum acquirebatur demum facto occupandi, et licebat adeo eas capere et retinere, etiam si alius eas persequeretur. Tamdiu autem ferarum dominium re-

tinebatur, quamdiu revera erant in possessione et rursus amittebatur, simulac aufugerant et in naturalem libertatem redierant. Cum *possessione* igitur simul etiam amittebatur *dominium* 1).

Si quaeris, *ubi* venari liceret, responderi potest: *ubivis*, tum in tuo solo, tum in alieno, quatenus hoc non diserte vetaretur a domino soli, qui venatorem ex suis terris arcere poterat; nam venatoris juri apud Romanos oppositum erat jus domini soli: *plane qui alienum fundum ingreditur venandi aut occupandi gratia, potest a domino, si is praeviderit, prohiberi ne ingrediatur* 2).

Adversus usufructuarium vero dominus hoc jus non habebat, quum illi etiam jus venandi in eo solo attribueretur, non vero solam possessionem habenti 3).

1) Cfr. § 12 Tit. 1 Libri II Instit. de rerum div. et acquirendo dom. »Quidquid autem eorum ceperis, eo usque tuum esse intelligitur donec in tua custodia coercetur. Cum vero tamen evascerit custodiam et in libertatem naturalem sese repperit, tuum desinit et rursus occupantis fit.”

2) Cfr. § 12 Tit. 1 Libri II Instit. de rerum div. et acquirendo dom.

3) Cfr. Lex. 9 § 5 ff. de *usufructu*, et HUBER, Praelectiones Lib. II. Tit. 1. RAEPSAET, Analyse de l'origine et des progrès des droits des Belges et des Gaulois Liv. II. Ch. IX. in interpretanda lege laudata 9 § 5 conjuncta lege 65 ppio ff. de *usufructu* contra-

Ferae tamen, quibus venator in alieno solo potius erat, etiam invito domino, manebant venatoris, quamquam domino adversus venatorem actio injuriarum dabatur 1).

§ 2.

Everso Imperio Romano, quum Europae partem occidentalem invaderent nationes innumerae, Romanorum leges quoque, quod ad venationem attinet, in iis regionibus cessasse videntur; verisimiliter advenae illi in Gallia et Germania initio venatoriais leges nullas habuerunt. Verum postea, novo rerum ordine stabilito, tales leges in plerisque Monarchiis exortae sunt, principiis, non juris naturalis sed prorsus diversis nitentes, quippe quum secundum nonnullos

riam prorsus sequitur sententiam et ita concludit Ch. IX. § 272: "L'exercice de la chasse et la pêche ne peut légitimement appartenir qu'à celui qui a *pleno jure*, la propriété du fonds ou de l'eau sur lesquels ces droits s'excreent." At, pace viri doct. sermo in lege 9 § 5 non est de eo feraene sint in fructu, quod quidem lubeenter cum eo negamus, verum num reditus venationis sint usufructuarii. Eodem quoque sensu lex 9 § 1 *de usufructu et quemadmodum*, dicit, apes esse usufructuarii, quae etiam ad feras referuntur, nec magis in fructu esse dici possunt. Cfr. etiam TOULIER, Tom. IV. Droit civil. § 19.

1) Vid. Lex 13 § 7 Dig. *de injur.*

sensim paulatimque venatio jus Principum regale haberri coeptum sit, aut saltem jus, quod non omnibus incolis aequabiliter, verum paucis tantum competeteret. At, qua ratione ad reges hoc jus pervenit? Sunt, qui dicant cives hoc jus ferarum capiendarum Principibus concessisse 1), at certo nulla ex re hoc concludi

1) Cfr. GROTIUS, De jure belli ac pacis Lib. II c. 8 ubi dicit:
 »Germaniae autem populi cum principibus ac regibus bona quae-dam essent assignanda, sapienter existimarunt ab illis rebus incipiendum, quae sine damno cuiusdam tribui possunt, scujusmodi sunt res omnes, quae in dominium nullius pervenerunt.”

Ita quoque PUFENDORF, Droit de la nature et des gens Livre IV. c. 6 § 5—7. HUNER, Hedendaagsche regtsgeleerdheid, 2 boek 4 hoofdst. »Maar de meeste volkeren zijn van hun individueel regt afgetreden, en hebben 't aan haer Fursten en regenten vmeerendeels opgedragen.” — HEINECCIUS, Elem. Jur. Germ. T. 6: L. 2. § 51 constare dicit, dominium earum rerum, quae in legibus Romanis *publicae* vocarentur, apud Germanos sive Theotiscos principi fuisse addictum, ita ut nulli frui illis licet nisi principi vel illis, quibus ipse concedere vellet. Sed HEINECCIUS non magis quam JURECONS. BORT, I. D. n. 6. van de Domeijnen, VAN ZUROK, Cod. Bat. Tit. Domeijnen § 6 n. 3 et alii aut opportunitatem, aut documentum aliquod delati principi juris nobis proponunt. Itaque cum THESMARO, Comm. ad § 5 ad GROTIUM, et ILLISTR. RENDORP, Verhand. over het jagtregt credibilis videtur: »dat de Vorsten die zaken zich allengsken zelf hebben

potest. Etenim opinio, a populo ad Principem jus illud fuisse delatum, omnibus argumentis historicis destituitur. — Alii rei originem quaerunt in regimine feudali 1).

Haec tamen permultorum sententia, quasi jus venationis inde a primis temporibus nonnisi privilegiis et usurpationibus Principum ac Nobilium innixum fuisset, merito Raepsaetum oppugnatorem invenit, quandoquidem statuendum nobis videtur, usque ad CAROLUM Quintum jus venationis in solo dominii jure fundamentum habuisse. Unicuique jus erat venandi et piscandi in ipsius solo, eodemque modo Principi in ipsius terris (domeinen) 2) et villis dominicalibus. Nusquam reperimus, ulterius illos hoc suum jus olim extendere voluisse. Imperante CAROLO V vero plane novam res ea acta est faciem, quod Raepsaet quoque loco citato agnoscit; imo ulterius procedit, quum usurpationes illas jam inde a CAROLO Magno quo-

»toegeschikt, daar de Vorsten zelden hebben gewacht, dat men hen iets gaf, wanneer zij 't zonder vragen konden krijgen.“

1) Cfr. A. KLUIT, Historie der Holl. Staatsregering, Tom. V, et quidem: in Appendice ad Annum 1354, ubi luculentissime ostendit, illis temporibus nullas unquam possessiones vel jura principi a populo delata fuisse.

2) RAEPSET, Analyse, liv. IV. Chap. IX p. 507.

dammodo locum habuisse censeat, cui opinioni nos
adversamur 1).

Nimirum CAROLUS V, dum vastarum suarum posse-
sionum agrorumque partem vel in plenam proprie-
tatem vel tanquam feudum vasallis traderet, jus ve-
nationis aut exclusis reliquis sibi retinuit, aut domi-
nis possessoribus feudalibus tradidit. Scilicet, pro-
babilis nobis videtur sententia Ampl. RENDORP in
laudata dissertatione, Principes, quum loca deserta
et silvas sibi ex jure fortioris ac potentioris attri-
buissent, (quarum possessionem populus tacite iis con-
tinuavit) hanc proprietatem etiam extendisse ad feras,
in silvis illis et desertis degentes; verum enim vero,
quonam juris titulo nixi, cunctas feras totius Imperii,
eo tempore natas vel nascituras, sibi arrogare po-
tuerunt, et sibi suisque successoribus acquirere *jus peculiare* persequendi capiendique feras illas in alieno
solo et praedio hereditario, adeo ut ne legitimo do-
mino quidem soli animalia illa capere vel necare li-
ceret, quantumcunque damnum ipsi inferrent? —
Qua tandem ratione jus, quod secundum naturam
singulis hominibus competit, populo adimere, (nam
delatum ad eos non est) sibique arrogare potuerunt?

1) Cfr. MERLIN, Répert. in voce Chasse.

Qui igitur jus, quo ipsi carerent, saltem quod non jure possiderent, Comitibus, Ducibus et nobilibus potuerunt cedere?

Quidquid est, hoc jus primum demonstrandum est; est enim *alienatio juris originarii* quod universo populo debetur; *nunquam autem, ut ait GROTIUS 1) alienatio praesumitur sine documento.* Igitur, quamdiu non probatum erit quomodo jus illud ad eos pervernerit, contendere audebimus, rem ita sese habuisse: infirmos fortioribus potentioribusque succubuisse, neque prohibere potuisse quominus illi jus venandi sibi, reliquis exclusis arrogarent 2).

1) GROTIUS, in opusculo suo: Verantwoording. C. I. pag. 11.

2) Cfr. MERULA, *Placaten op 't stuk van de wildernissen*, 2 boek Tit. 2 Cap. 1. handelende van de personen tot de jaght ghequalificeert.

»So voor, als nae de Sundvloedt hebben met het jaghtbedrijf
»zich bekroont alle menschen in 't gemeen, sonder yemants uyt-
»sonderinghe, sulcx gheoorloft ende toegelaten synde zoo wel
»den armen als den Rijcke; ende was te dier tyt de jaght een
»specie van natuerlick Recht. De menschen sich allencksdens seer
»vermeerderende, ende volgens d'een den anderen met Jaghen
»verdrietigh, lastigh, bezwaerlick ende in de weghe synde, som-
»mighe oock daer geen groten lust of vermaeck in scheppende;
»soo ist geschiedt, dat minder syn meerder heeft moeten wycken, ende
»plaetse gheven: jae is de saecke ten laetsten om sonderlingh be-
»dencken soo verre gebracht, dat dit recht den Princen, Heeren

GROTIUS 1) de occupatione bonorum , quae domino carent , ad quae primo loco feras refert , dicit quidem : »Onder deze beesten zijn eerst vogelen , en »wat meer vliegt ; dan moet gelet worden , dat de »jagt van de Edele vogelen de Graaflykheid toekomt , »en de genen die zulks by de Graaflykheid is ver- »gund , zulks dat wie dezelve zonder opzet vangt , »dezelve gehouden is te brengen aan den Stadhou- »der , waarvoor hy ontvangt redelyk loon . Dat ook »de voghelery met de lange lyn van andere vogelen »is Graaflykheids regt . En wat het grof wild be- »langt , hetzelve mag niemand vanger dan die last »heeft van Graaflykheids wegen , behoudens de vry- »heeren het regt van een hert 's jaars . Het kleine »wild , als hazen en konynen mogen vangen alle »Edelluiden , ende voornaamste amptsluiden van het »land .” Verum , quando et a quo Comites , et post eos Ordines Provinciarum Belgii Foederati jus illud consecuti sint , videtur ignorasse vir summus . — Qui

ende andere Hoghe Overicheden eygen ende als erve is ge-
worden , aen 't selve verknoopende de macht daerover te mogen
volecomelick disponeren .”

1) GROTIUS , Inleiding tot de Holl. Regtsgeleerdheid 11 boek
4 deel .

jus venandi regale defendant, provocant ad duo Edicta,
 alterum ducis ALBERTI 1), quod ita se habet: »Ver-
 »staan hebbende, dat alrehande Lieden dagelik onse
 »hasen onredelike vangen, daar wy aan onse Heer-
 »lechede seer mede verkort worden, zoo verbieden
 »wy eenen ygeliken, dat niemant hase en vange
 »noch en jage mit honden of anders.” — Et deinde:
 »dat nyemant mit spanjoelen en ga buten wege on-
 »gécoppelt en ongeseelt, deur onse lande van Hol-
 »landt enz. daer hi aen onse hase scade mede doen
 »mach.” — Alterum CAROLI Quinti 2), quo prin-
 ceps jussit: »dat niemant zig zoude hebben te ver-
 »vorderen door ‘t gansche Land van Hollandt, te ja-
 »gen nog vliegen, nae enige hasen, conynen, kra-
 »nen, fesanen, puttoren, moerhoenderen, perdrysen
 »ofte andere edele beesten ende vogelen, tenzy dat
 »hem ‘t zelve als andere gemeene Edelen van den
 »lande van den ouder herkomen en gewoonten toe-
 »gelaten zy, ofte daarvan hebbe spreuke, oerlof ofte
 »consent van ons.” At quid haec probant? ALBERTI
 Edictum intelligi potest de venatione in domaniis;
 CAROLI Quinti autem referendum videtur ad illa de-

1) Gegeven Donderdag na Vasten avond 1392 en 1393.

2) Gegeven den 19 Mei 1544.

creta, quibus et alii principes jura sibi arrogaverunt circa res, in quas jus nullum habebant.

Initio igitur his in regionibus omnibus hominibus liberis licebat venari omnis generis feras, nullis exceptis, et venatio omnibus ea, quibus ad vitam sustentandam opus erat, praebebat. — Itaque CAESAR 1) de moribus priscorum incolarum exponens, »vita omnis», inquit, »in venationibus atque studiis rei militaris consistit.” Hoc jus, unicuique connatum, omnes feras venandi, diu viguisse, certe usque ad CAROLI Quinti tempora, credibile est ex institutis et moribus gentium quae his in terris vel prope eas sedes habuerunt, tum etiam ex plurimis aliarum gentium Germanicarum legibus, quas majores nostri saepius imitati sunt, libertatem naturalem spirantibus. — Sunt illae leges Burgundiorum 2), Visigothorum 3), Longobardorum et Alemannorum 4), Saliorum 5), Ripuariorum 6), quippe ad oras Rheni, Mosae et Scal-

1) De bello Gall. L. IV C. 20.

2) LL. Burg. Lib. 67, 78.

3) LL. Visigoth. Lib. 8 L. 22, 23.

4) LL. Alem. 98, 199, Bujuar. Tit. 19, 20.

5) LL. Sal. Tit. 36. § 1—§ 6.

6) LL. Ripuar. 42, du Cange in voce Riparii.

dis habitantium, Angliorum et Werinorum 1), et antiquissimae Frisonum leges 2). Quatenus leges citiae tenuerint incolas nostrae patriae ab iisque fuerint observatae, videre licet cap. II Dissertationis, quae inscribitur: Verhandel over den oorsprong der Vaderl. regten, auctore cel. VAN DE SPIEGEL. Ex his legibus apparet apud nullum populum ex iis, quos diximus, venandi jus hominibus quibusdam, temporibus vel locis fuisse tributum, nec quemquam venari vetitum fuisse. Sed mature jam principes jus illud imminuerunt vehementer, usurpantes jura, quae *regalia* dixerunt 3).

Primus fuit CAROLUS Quintus, quem reperimus silvas quasdam magnas usurpasse et omnibus interdixisse, ne ibi venarentur; quod exemplum, ejurato PHILIPPO II, Ordines Belgii Foederati secuti sunt. Usque ad edictum CAROLI V, datum die 19 m. Maji Aⁱ 1544, nusquam invenimus, Principes potestatem suam longius protulisse quam ad *sua* deserta, *sus* forestas, *sus* dunas, sive, quemadmodum ubique dicitur, ad suos ipsorum agros: »tot *hun proper domeyn*” 4). Jus

1) LL. Angl. et Werin. Lib. 17.

2) LL. Frisiorum Tit. 4 § 4, 5, 6.

3) Cfr. HERTIUS, de super. territor. § 45—50.

4) Cfr. *Saxen Spiegel*, B. 11 Art. 61. *Swaben Spiegel*, Cap. 237.

quoque eorum forestalē (regt van Houtvesterij) saltem ante CAROLI V tempora, non longius quam ad forestas proprias 1) extensum fuisse videtur. Sed post CAROLUM V et PHILIPPUM II magis magisque hanc potestatem vel extra possessiones suas extenderunt Ordines Belgii, quique eorum nomine rei venaticae praecerant.

Porro, in diversis patriae nostrae regionibus magna juris venatorii diversitas adfuit. Constituta Republica, in Frisia jus venandi adhuc plurimorum communie fuit. In Hollandia regale quidem existimabatur, sed ex gratia Ordinum satis multi ad venationem admittebantur 2). In Gelriae tribus partibus (tetrarchiis) magis minusve jus venandi diversum fuit, sed universe tamen privilegium erat Ordinum atque optima-

1) Cfr. HERTIUS, de super. territor. § 45—50 ubi dicit: »Jus forestale, quod vulgo die Fürstliche Obrigkeit und Herrlichkeit »vocari consuevit, multa jura complectitur, quae ad summa haec »capita redigi possunt. Legum ferendarum circa silvas et venationes. Constituendorum magistratum. Jus percipiendi emotumenta ex silva et praeципue jus venandi cum exclusione aliorum. Denique jus cognoscendi de controversiis forestalibus et »vindicandi delicta contra leges forestales commissa.“

Forestā est sylva quaedam sanctione subnixa: Ein gehegter Wald; quoniam *in illa* neque feras capere, neque lignum caedere solutum fuit.

2) Cfr. DE GROOT, Inleiding tot de Holl. regtsgel. 11 Boek 4 Deel.

gium. Caeterum in Gelria locus de venatione, ut ex pluribus edictis patet, severe tractabatur 1).

Hae leges et constitutiones de venatione in diversis regionibus vim exercuerunt usque ad rerum conversionem anni 1795, quo tempore decreto 2) 26 m. Januarii 1795 constitutum est, ut unicuique in suo solo venari liceret; quo facto leges, constitutiones, privilegia, quae antea valuerant, omnia omni vi et effectu caruerunt. Illo decreto igitur omnia magis ad normam juris naturalis redacta sunt; eodem vero anno plura alia decreta lata sunt, ex quibus unum est eorum, quibus cura reipublicae Frisiacae demandata erat, (representanten van Vriesland), quo decreto cavebatur, ut venatores instrumento venatorio signato uterentur, et modi venandi arctius circumscrivebantur.

LUDOVICO NAPOLEONTE Rege rursus 3) nova venationis constitutio sancita est, quae cum ea, qua hodie utimur, multis nominibus congruit. Principium

1) Plaats van PHILIPS II. van 2 Juny 1547.

Plaats van Prins MAURITS van 31 Maart 1593.

Plaats op de jagt in het vorstendom Gelre en het Graafschap Zutphen van den 30 April 1675.

2) Decreet der provisionele Representanten van het volk van Holland.

3) Wet van 17 April 1807; Algem. bep. op de jagt en vis-

fuit: cuivis licebat in suo solo, aut in eo, quod ab alio conduxerat, feras capere dummodo antea a summo praefecto venationis jus gerendi arma (port d'armes) impetrasset, id quod nonnullis in causis negari licebat. Praeterea venatio concessa erat in solo venatorio publico, id est, omnibus desertis, silvis, dunis, locis incultis et agris quorum dominus, ut nunc est apud nos, limitibus positis non ostenderet, jus peculiare venandi sibi se reservare velle.

Regno Hollandico cum Imperio Gallo-Francico con juncto, accepimus jus venandi Francicum, quod quoque post varias rerum commutationes, quibus prioris temporis leges et privilegia rescissa fuerant 1), ex pluribus legibus et decretis diversis temporibus editis constabat.

Principium, quo venatio manente Imperio innitebatur, ex jure dominii petebatur, quamvis finibus angustioribus quodammodo circumscripto et immutato pluribus constitutionibus, quod ad tempus et ad modum venandi attinet. Ita etiam requirebatur, ut arma geri liceret (permis de port d'armes), quae venia pecunia emi sed subinde negari poterat; hoc tamen

scherij voor het koningrijk Holland. 8 Mei 1807; Reglement op de jagt in het koningrijk Holland.

1) Loi du 4 Aout 1789, relative à la suppression de la féodalité.

potius politiae, quae dicitur, praeeceptum erat, quoniam *nulli*, ne illi quidem, qui non venaretur, sine venia illa cum armis in publicum prodire licebat. Nusquam venatio concessa erat, nisi ubi permissum; quod directe oppositum est hodierno principio: ubique venari licere, ubi peculiariter vetitum non sit. — Unicuique nonnisi in suo solo venari licebat, in alieno nonnisi expressa venia impetrata. Itaque ut limites collocarentur non opus erat, et venator ipse fines territorii cognoscere debebat. Lex disertis verbis et severe habebat: qui in alieno solo venans reperiretur, sine expressa domini venia, poterat pecunia multari et etiam ad damnum, domino sacerdandum damnari 1).

Territorium venatorium publicum non aderat; initio enim in agris principum (domeingoederen) venari vetitum erat 2), postea autem venatio in agris illis et singularum civitatum locabatur 3).

Hic autem rerum status permansit usque ad nostram in integrum restitutionem Anno 1813; quo facto m. Julii Anni 1814 nova constitutio venatoria introducta est.

1) Loi du 30 Avril 1790, concernant la chasse.

2) Arrêté du Gouvernement 28 Vendémiaire An V.

3) Décret Impérial du 25 Prairial An XIII.

§ 3.

Jam dispiciamus, quaenam sint principia, quibus hodiernae de venatione leges in patria nostra initantur.

Haec ad tria referri possunt.

I°. Singulis civibus est jus venandi in locis publicis, dominalibus sive privatorum sudibus non circumscriptis, dummodo praeceptis lege datis satisfaciat venator atque pro hujus juris exercitio certam solvat pecuniam reipublicae, quae ideo in venationis facultate eum tueri debet.

II°. Singulis fundi dominis solis, reliquis cunctis exclusis, est jus venationis in solo suo, quod quidem jus vel ipse exercere potest dominus, vel aliis locare vel cedere ei licet, modo obediat conditionibus, a quibus lege hujus juris exercitium pendet.

III°. Singulis fundi dominis est jus, quibusvis aditu ad suum solum venationis exercendae causa interdicendi, modo hoc fiat ea ratione, qua lex velit.

Exploremus haec principia singulatim, etiam ratione habita juris constituendi, et inquiramus, num in uni-

versum illa principia servata sint, atque ea secundum jus naturale, jus legitimi dominii et Art. 625, 627, 641 Cod. Jur. Civ. spectemus.

I^o. *Singulis civibus est jus venandi.* Hoc verum est principium. Ad unumquemque pertinet ut res nullius, et igitur aves in aëre, pisces in aqua, feras in terra sibi vindicare ei liceat. Tam plebejus agricultor, quam dives patricius hoc suum jus exercere possit, oportet; at vero, cur tandem primarium hocce principium statim derelictum est, introducto ordinum ac classium inter cives discriminē, ratione natalium et opum 1)? Cuivis Batavo, cuivis in territorio nostro fundum possidenti est hoc jus venandi aut non est, et quum ei sit ex jure naturali et ex jure nostro civili, ei esse debet, eodem modo iisdemque conditionibus, atque cuiilibet alii. Venatio regale non est neque regale esse potest, non peculiare jus nobilium

1) *Qualificatio.* *Qualificatus* dicitur is, qui litteras nobilitatis habet, aut qui certam pecuniam, tributi praedialis nomine, solvit reipublicae pro immobilibus, sitis in ea regione, ubi ut venari sibi licet, instrumentum venatorium (*jagttakte*) impetravit. Cfr. Art. 52 legis venatoriae 11 Julii 1814; Edictum Regium d. 8 Febr. 1815 (Staatsbl. n°. 11). Jure quidem beneficium illud injustum in specimine legis Aⁱ 1845 sublatum erat.

et optimatum, non privilegium, verum jus, quod indiscriminatim, atque *aequabiliter* est tuendum. Hac in re Princeps omni alii par est. Sed, quum igitur venatio non sit regale, non beneficium populo a Principe concessum, verum jus, jus naturale singulorum civium vindicandi sibi eas res, quae nullius sunt, quare legibus nostris excluduntur ferae nobiles (het grove wild)? Nonne omnibus juribus repugnat (quod jam indicavimus), quasi non res nullius sed regalis proprietas sit, ubicunque tandem reperiantur illae ferae, solius regis eas fore 1)? Unde regalis haec proprietas? Quis tandem Regi cervos, aprosve adjudicavit? Quis tandem potuit, quum nullius proprietas essent? Quia Principes et Comites olim arrogaverunt hanc sibi injustam possessiōnem, quaeque naturae contraria est aut quae potius esse non potest, (qui enim fieri possit, ut res nullius possideamus, quamdiu eae nondum in nostra potestate sint; qui proprietatem habere rei alicujus, quamdiu rem ipsam non habeamus?) ideo in tanta injuria et supino errore perseverandum est, et Principi atque iis, quibus ille velit gratificari, propriet-

1) Art. 13 legis venatoriae 11 Julii 1814. »Het jagen op grof wild, waardoor verstaan wordt herten, reeën en hinden, is, buiten speciale permissie, verboden.“

tas a priori ferarum nobilium attribuenda? Et fac, eas revera Principis esse, nonne is qui cervo vel apro potitus fuerit, furti 1), nec tantum solius delicti venatorii reus erit?

At, dixerit quispiam, lex non amplius, ut tempore Comitum 2), loquitur de *nostris* leporibus vel cervis; *furtum* non committitur, nam Princeps cervos et alias nobiles feras in proprietate non habet, verum tantum *sibi vindicandi* jus habet; sed tum nihil amplius possidet quam quilibet civis; nam *cuilibet* est jus res nullius in publico vagantes sibi vindicandi, atque *solus Princeps, exclusis ceteris*, illud jus exercere nequit, quia nunquam cunctus populus hoc suum jus abdicavit Principique concessit. Igitur apparent vocabulum *regalia*, quippe nostris institutis ac moribus haud consentaneum, hodiernis legum codicibus merito omissum fuisse, at, nihilo minus revera regalium principia esse conservata, liquet 3). Consentaneum

1) FEUERBACH, *Lehrb. d. peinal. Rechts* § 348. »Der mit Unrecht »sogenannte *Wilddiebstahl*.“

2) Cfr. supra allatum Edictum ducis ALBERTI A.D. 1392 ubi: »Wy verstaen hebbende“ inquit, »dat allerhande Lieden dagelik *onse* »hasen onredelike vangen enz., daer hi aen *onse* hase seade mede »doen mach.“

3) Documento sunt legis 11 Julii 1814 verba, in Art. 15 ob-

est, ut viventes in societate civili, qualis nostra est, quaedam jura aut tota aut ex parte in illius civitatis gratiam relinquant, iisque valedicant; sed tum demum, quum hoc salus publica flagitat, in omnium utilitatem; quodnam vero commodum aut quae utilitas societati civili oriri poterit, salvis aut necatis quibusdam cervis aliisve feris?

Dummodo pro hujus juris exercitio certam solvat pecuniam reipublicae.

Quid est proprio pecunia illa, quae solvenda est 1)? Num pro venationis exercitio solvit? Hoc esse non potest, nam exercitium venationis est jus, quod habeo. Si igitur pecunia illa necessaria est ad jus illud exerceendum, quid mihi prodest jus, quod exercere mihi non licet? Itaque hanc solutionem solum-

via: »Waarvan Wij de jagt niet speciaal aan Ons zullen reserveren, of door verpachting of op eenige andere wijze zullen daarstaan.“

Tum confirmandorum horum regalium causa institutus videtur supremus rei venaticae praefectus. Art. 1—5 legis 11 Julii 1814, ubi ubicumque etiam verba *Onze Opperhoutvester* reperiuntur.

1) Haec pecunia solvenda major minorve est, prout in pluribus paucioribusve provinciis pagisve (*distrilken*) venari velimus; quam molesta vero haec constitutio est iis, qui saepius tribus vel quatuor pagis inclusi coguntur pro singulis pecuniam solvere!

modo probare possumus, si eam existimamus fieri pro obtainendis litteris (*patent*), quibus venatori opus est, vel tributi esse genus, quod respublica venatori pro venatione exercenda imposuit, sed quod tributum 1) unice legitimum videtur quod ad venationem in solo publico, quatenus respublica venatorem in illa venatione exercenda tuetur. Dolendum sane, rempublicam tam male officio suo hac in re fungi, quippe quae non curet officiales constitui, quibus sufficiens tribuat salarium, ita ut eo ad vitam sustentandam contenti, non tanquam vultures aut lupi fame ducti invadant venatores vel venationis amatores saepe immerentes, et domum reduces de delictis venatoriis instrumenta conficiant veritati plane contraria, eo consilio ut legitima mulctae parte et integro pretio telorum venatoriorum fruantur; quemadmodum nunc res se habet. Nonne hic proprie illorum hominum agres videtur, ita ut veri raro tenaces haberi possint? Nonne eorum nimium interest, quam ut quidquam ponderis vel fidei eorum relationibus haberi possit?

1) Sed etiam principiis juris veniae (*patentregt*) vel tributorum (*belasting*), non convenit haecce definitio; quo modo enim tributum cogitari potest, quo inops plus solvere debeat dives quam terrarum possessor? quod tamen revera evenit in casu *qualificationis*, quae hodie adhuc apud nos viget.

Hinc sponte sequitur, eos quibus, quippe semel et in omne futurum tempus juratis creditur, quovis horae momento inter perjurium et summam 50 vel 100 florenorum dubios haerere, inter inopiam et turpem avaritiam! Nonne praeterea hoc pugnat cum regula juris: *Nemo in re sua testis esse potest* 1)?

II°. *Singulis fundi dominis solis, reliquis cunctis exclusis, est jus venandi in solo suo, modo obedient conditionibus, a quibus lege hujus juris exercitum pendet* 2).

Quaenam sunt illae conditions?

Sunt 1°. Venia per litteras data, sive instrumentum venatorium (jagtakte).

2°. Ut venatio fiat tempore a praefecto venationis et ab Ordinibus Provincialibus constituto.

3°. Ut sudes venatoriae ponantur.

Primarium principium est jus dominii, confirmatum Art. 641 Cod. Jur. Civ. »*Het regt om zich het wild of de visschen toe te eigenen behoort bij uitsluiting aan*

1) De officialibus venationis et de pluribus rebus ad rem venaticam et forestalem (houtvesterij) pertinentibus plura non dicimus, quia a consilio nostro aliena sunt.

2) Hoc principium refertur ad venationem in *solo proprio*, ad *propriam* sive *privatam* venationem.

»den eigenaar van den grond waarop zich het wild,
 »of van het water waarin zich de visschen bevinden?“
 et Art. 625 Cod. Jur. Civ. qui sic sonat: »Eigendom
 »is het regt om van eene zaak het vrij genot te hebben
 »en daarover op de volstrektste wijze te beschikken, mits
 »men er geen gebruik van make, strijdende tegen de
 »wetten of de openbare verordeningen — en mits men
 »aan de regten van anderen geen hinder toebrengt.“

De singulis conditionibus breviter dispiciamus.

1°. *Venia per litteras data, sive instrumentum venatorium.*

Unde comprobari poterit officium per litteras veneiae emendae, ut jus quod natura nostrum est, exerceamus? Nonne hac ratione venatio beneficium fit in gratiam commodumque divitum et beatorum, qui soli hanc sumptuosam sibi venationem pecunia sua comparare queant? Nonne beneficium pecunia acquirendum, invito illo, a natura constituto legibusque confirmato, jure dominii?

Venatio non est beneficium, quod civitati donandum vel vendendum est, eo minus quam civitas nemini jus possit dare, quod jam habeat. Quippe dominus soli, vel sine venia pecunia data, jam possideo jus in eo solo faciendi omnia quae cum legibus vel constitutionibus publicis non pugnant, neve tertii cuiusdam juri noceant, ut Art. 625 Cod. Jur.

Civ. cavyetur; itaque ibi venandi quoque, praesertim quum Art. 641 Cod. Jur. Civ. praeterea jus vindicandi sibi feras et pisces, exclusis ceteris, domino tributum sit.

Venandi jus est unicuique; at quod ad locum attinet, *ubi* jus illud exercere liceat, circumscriptio invenitur in Art. 641; nimirum non in *alieno* solo, quandoquidem hoc, ceteris exemptis, solius domini est. Verum enim vero, quid facit lex venatoria, ac quomodo haec conciliabitur cum hoc Articulo, simulque cum Art. 627 Cod. Jur. Civ. ubi dicitur: »*Ieder eigendom wordt vermoed vrij te zijn. Hij die beweert eenig regt op eens anders zaak te hebben, moet dat regt bewijzen?*» Tertiis dat jus, quo licet iis, invito domino, venari in ejus solo, et ita detimento eum afficere¹⁾, dum legitimus dominus vel vetatur telis instructus aut canibus comitantibus in suo ipsius solo ambulare, quod instrumentum venatorium emere non vult neque pecuniam civitati enumerare, ut agros suos palis circumscribere sibi liceat.

1) Quaenam onera, difficultates, pericula adeo e tali rerum statu profluere possunt, reveraque olim redundant in possessores praediorum, testatur, inter alia, opus quod inscribitur: *Verzameling van stukken betrekkelijk de jagt*, door C. J. BLOJS VAN TRESLONG (1784).

Cur furem vel praedonem e nostra domo vi repellere, quin etiam necare nobis licet, quum, ut leporem vel cuniculum, qui nobis detrimentum infert, capiamus vel necemus, antea consensum vel veniam certa florenorum summa impetrare debebimus?

Verum est quidem, Art. 641 1) addi verba: »*Onverminderd de wetten en verordeningen op dat stuk aanwezig.*“ Sed, quoad licitum est constitutionum publicarum ope officere juri dominii vel illud restringere? Omnino non magis quam utilitas publica et commodum civitatis postulet et necessario requirat, nec unquam dominum dominio suo privare, nisi damno sarcito permittitur. — Art. 162 legis Fundamentalis, qui nos tuerit in tranquilla possessione et quieto usu possessionum nostrarum, hanc tantummodo exceptionem memorat: »*onteigening ten algemeenen nutte in de gevallen en op de wijze door de wet te bepalen, en tegen behoorlijke schadeloosstelling,*“ atque adeo nullas alias, nedum majores imminutiones possessionum permittit.

1) Verba Art. 641 Cod. Jur. Civ. »*behoudens de regten door vaderden verkregen, waarvan zij tegenvoerdig het genot hebben,*“ videntur respicere venationes, quae etiam nunc adsunt, toparcharum (heerlijke jagten) quas hodierna lex venatoria non sustulit, et usum fructuarium.

Attamen neque Art. 641 verbis: »onverminderd de wetten en verordeningen op dat stuk aanwezig,” significare potuit talem rerum constitutionem, secundum quam necessitas esset veniae emendae 1); quodsi enim hic Art. voluisse, ut venia opus esset, quae demum impetrata in suo solo venari liceret ferasque quae in eo adessent sibi vindicare, cui tandem rei inserviret ille Art. 641, quum idem illud jus vindicandi in publico quoque solo exerceri liceat, dummodo venia litteris nobis data sit?

2°. *Ut venatio fiat tempore a praefecto venationis et ab Ordinibus Provincialibus constituto.*

Ab hoc quoque praecepto, secundum jus dominii, venationem quae fit in privato solo, liberam esse oportebat. Videamus, cui rei illud praeceptum inserviat, quidque significet.

Primum, datum est ad feras conservandas, sed

1) Olim haec referri poterant ad rationem politiae (politie-maatregel), secundum quam venia armorum gerendorum erat roganda sine qua nemini armato in publicum prodire licebat, quae impenetranda licentiae necessitas hodie non amplius extare videtur. Arg. Art. 18 legis 11 Julii 1814 n°. 3. »Het is verboden om met eenig jaggeweer of jagthonden, zonder van eenne akte voorzien te zijn in het veld te komen, buiten de publieke wegen of gewone veldpaden.«

praesertim, ut videtur, ut, quo tempore messis in agris est, agros non contundant, frumentum et laetas segetes diruentes, id quod villicus secundum nostram venationis legem nullo modo prohibere posset, sed patiens injuryae intueri deberet. Sin vero quis ea mente veniret ut in ejus fossis pisces caperet, hunc omnino arcere ei liceret; nam, mirum dictu, quod ad pisces attinet, jus domini (Art. 641) plane est intactum, quod ad feras, nullius pretii.

Ne messis contunderetur, saltem non opus erat, ut lex venatoria aut praefectus venationis caveret, quia jam secundum jus dominii *unusquisque*, sive venator, sive alius, *quovis anni tempore*, et *quovis horae momento* meo solo abstinere debet, neque ei illud attingere licet 1).

Perspicuum igitur est, hoc praeceptum ad publicum tantummodo solum referri, et, licet illud campum venatorium et agricolam tueatur, meo ipsius tamen sudibus distincto solo, quod nemini attingere licet, tutela illa non opus est; quod autem ad me ipsum, ut *dominum* attinet, nemini est potestas circumscribendi me in jure meo, Art. 641 confirmato; et si venationem meam corrumpere velim, tempore quo ferae ovis suis incubant vel parturiunt, omnia

1) Arg. Artt. 625. 627. Cod. Jur. Civ.

capiens et occidens, hoc meum est, et hujus rei ad me ipsum detrimentum et incommodum mox perveniet. Num vero illud pati deberem, aliquando a cervo segetem meam dirui, pati a lepore ligna mea novella vel frumentum corrumpi, et sedate exspectare, dum venationi in publico quoque solo locus detur, quo tempore calamitas jam illata erit, seges, cui nocitum est domum jam erit advecta atque fera, quae mihi nocuit, diu jam fortasse migravit et evanuit? 1). Nonne, quod multo majus est, mihi licebit cum telis, avium rapacium vel noxiorum animalium occidentorum causa in mea proprietate ambulare, vel canes meos emittere et ad venationem instruere? Quomodo prohiberi potero, quominus hoc meum jus exerceam?

3º. Ut sudes venatoriae ponantur.

Et qua ratione haec obligatio conciliari potest cum Cod. Jur. Civ. Art. 641, 625 et 627, qui posterior Art. dicit: »Ieder eigendom wordt vermoed vrij te zijn. Hij

1) Lex 11 Julii 1814 Art. 44. »Al wie eene akte tot de jagt »of eene permissie, om in geregistreerde jagten te jagen, of eene »extraordinaire permissie zal bekomen hebben, zal op zijn eigen »gehuurden grond vermogen te schieten, en te dooden wilde »zwijnen, wolven, vossen, dassen, otters, bunsings, wezels, wilde katten, konijnen, arenden, valken, gieren, sperwers en der-gelijke schadelijke dieren en vogelen.“

die beweert eenig regt op eens anders zaak te hebben, moet dat regt bewijzen." Nonne igitur necesse esset ut quis suum in alieno solo venandi jus comprobaret 1) vel hoc solo se abstineret, ita ut non opus esset dominum cogi ad sudes defigendas, quae res est sumtuosa, et praeterea ad certam pecuniam pro via sudium ponendarum solvendam? Et si in alienum solum ire licebit cum consensu domini hujus fundi ad *pisces* auferendos, cur ad *feras* auferendas hic consensus non requiretur? Nonne haec est repugnantia? Concedimus, si solius utilitatis rationem habeamus, ut lites et molestiae evitentur, probari posse collocationem sudium, proprietatis indicandae causa, quandoquidem nonnisi hac re fines proprii soli recte conspici possunt; ita tamen ut nihil solvatur pro tabulis publicis (*registratiekosten*), id quod nulla ratione probari potest. Et qui, denique, post ea quae jam dicta sunt, ultimum principium defendemus?

III. *Singulis soli dominis est jus aliis aditu ad suum solum interdicendi, MODO VIAM INEANT, QUAM LEX IPSIS PRAESCRIBIT;* quum haec via unice cernatur sudibus collocandis et sumtibus circumscriptiois solvendis? — Quemadmodum jam demonstravimus,

1) Vid. Op. Cit. BLOIJS v. TRESLONG. Inter alia, pag. 103—106.

haec sudium collocatio, quae vel sic tamen sumtibus non obnoxia esse debet, valet tantum ad fines proprietatum indicandos. Nam quamvis nullae sudes ad sint, hoc nunquam sufficiet (quia quod ad proprietatem attinet, adest praesumtio juris, eam esse liberam) ut ideo existimemus tacitum consensum esse datum, quo proprietas in publicum solum converteretur. »Gelijk men zijn eigen goed," ait doct. MERULA 1), »dat ontvreemd en gestolen is, niet en mach halen of wechvoeren van eens anders land, of eens anders gebiedt, daar 't zelve zoude mogen gebragt zyn, sonder verlof des ghenen die het Landt toekomt, zoo moet men ook veel meer 't wild, 't welk ons nog niet toekomt, op eens anders grondt en bodem met vreden laten, en sonder verlof en toelating des ghenen die de magt over dien grondt heeft, niet jagen; veel min schieten, steken of wechvoeren." 2)

Atque hisce satis luculenter ostendisse nobis vide mur, hodiernam venationis legem, tum etiam novam legis 2) adumbrationem fundamentis omnino pravis niti. Ubi autem principia legum non recte se habent, num ibi constitutiones et leges illis aedificatae, bonae erunt? Quis hoc contendere audebit?

1) Lib. II. Cap. 3 pag. 124. Placcaten van de wildernissen.

2) Specimen legis venatoriae A: 1845.

Jam si ex nobis quaeritur, quibus igitur principiis fundandae videantur leges venatoriae, videmur nobis haec duo posse proponere.

I^o. *Omnibus Batavis quique Batavis adsimilantur, est jus venandi, modo, quod ad publicum attinet solum, veniam nacti sint, quae a praefecto venationis petenda est, nec tamen negari potest huic, alteri indulgeri; pro eaque solvant pecuniam a praefecto ex lege statuendam, et tempore legitimo venationem ibi exerceant.*

II^o. *Singulis soli dominis, salvis juribus aliorum 1), exclusis reliquis cunctis, est jus venandi in proprio fundo nulla temporis ratione habita, quod jus vel ipse exercere vel aliis cedere vel locare potest.*

Hoc igitur constituto, publicum solum ad sola Republicae praedia restringetur, et communes agri harum vel illarum civitatum, municipibus tantum patebunt.

Itaque publicum solum venatorium coaretabitur; venatorum, qui victus quaerendi causa venantur, numerus minuetur; ferae contra augebuntur: quo facto studium venationis rursus provehetur. Aerarium detrimenti aliquid accipiet, vel potius non amplius injusta ratione complebitur.

1) Nempe toparcharum et usufructnarii.

T H E S S.

I.

Usus non est ususfructus ad necessitatem restrictus.

II.

Negamus *Edictum perpetuum* Hadriano imperante a
Salvio Juliano compositum, fuisse codicem juris Praetorii,
ex quo solo, abrogatis omnibus Edictis, perpetuo in pos-
terum jus dici debet.

III.

Hodie in rebus mercatoriis adhuc valere nobis videtur
consuetudo.

IV.

Navigia non continent rates (*vlotten*) jure mercatorio
nostro.

V.

Emissio et venditio rei alienae jure nostro non indistincte nulla dicenda est, quamquam in Art. 1507 Cod. Civ. dicitur: „koop en verkoop van eens anders goed is nietig.”

VI.

Ipse reus peregrinus jure poscere potest ut ab actore peregrino praestetur cautio judicatum solvi.

VII.

Non consentimus Viro Nobilissimo Raepsaet, dicenti :
 (Analyse Historique de l'origine et des progrès des Droits des Belges et les Gaulois, Tom. IV. Chap. IX § 272)
 „L'EXERCICE du droit de chasse et de pêche ne peut LÉGITEMENT appartenir qu'à celui qui a PLENO JURE la propriété DU FONDS ou de L'EAU sur lesquels ces droits ,s'exercent.”

VIII.

Indicum numero, quorum in Art. 188 § 4 Cod. Quaest. Crim. fit mentio, cum alii, tum officiales rei venaticae comprehendendi sunt.

IX.

Ebrietas , nisi contracta sit maleficii perpetrandi causa,
merito inter illa quae minuunt noxiam referenda est.

X.

Omnis cum peregrinorum , tum civium deditio contraria
est Art. 4 legis Imperii.

ЛІЧЕНІЯ ПОДІЛІВІСЯ

ЯК СЛОГОВІ ОЛІГІ АЗОВІ
І ТІЛІ ВІД ІІІ ПІД АДАМОВІ

ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ
ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ

УСІЧКА КИПІРІК

ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ
ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ

ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ
ІІІ ПІД АДАМОВІМ СЛОГОВІМ